

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

Genet, François

Parisiis, 1703

Q. 8. Quæ sunt animæ dispositiones?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40834

De Sacram. Euchar. Cap. XI. 203

Quæst. 8. Quænam sunt animæ dispositio-
nes, quibus communio redditur sacrilega?

Resp. Ut diximus ex Divo Thoma; pecca-
tum mortale ex necessitate à perceptione Eu-
charistiae impedit, quia mortaliter peccat,
qui cum conscientia peccati mortalis accedit,
aut sine tali conscientia, si ex ejus culpa, cre-
dit separatum esse, & non sit, contra manda-
tum Apostoli: *Probet autem seipsum homo;* & *i. ad Corin-*
sic de Pane illo edat, & *de Calice bibat.* *th. cap. 11.*

Et ex Concilio Tridentino, in quo sic legi-
tur: Ecclesiastica autem consuetudo declarat, *Conc. Tri-*
dent. less. eam probationem necessariam esse, ut nullus
sibi conscius mortalis peccati, quantumvis sibi *13. cap. 7.*
contritus videatur, absque præmissa Sacra
mentali Confessione, ad sacram Eucharistiam *cc*
accedere debeat. *Quod à Christianis omnibus,* *cc*
etiam ab iis Sacerdotibus, quibus ex officio *cc*
incubuerit celebrare, hæc sancta Synodus per- *cc*
petuò servandum esse decrevit, modò non de- *cc*
fit illis copia Confessoris; quod si, necessitate *cc*
urgente, Sacerdos absque prævia Confessione *cc*
celebraverit, quam primum confiteatur. *cc*

Quæst. 9. Sufficit-ne ut quis immunis sit à
mortali peccato, ad recipiendam cum fructu
sacram Communionem?

Resp. Certum est, ad recipiendum totum
Communionis fructum, non sufficere, ut quis
immunis sit à quocumque mortali peccato, sed
insuper requiri, ut immunis sit ab omni affec-
tu voluntario venialium peccatorum, ut ha-
betur in Can. *Quotidie*, quem Gratianus at-
tribuit Divo Augustino, in quo sic legitur:
Quotidie Eucharistia Communionem perci- *Can. Quo-*
pere, nec laudo, nec vitupero: omnibus ta- *tit. De*
mén Dominicis diebus communicandum sua- *Consecr.*
deo & hortor; si tamen mens sine affectu pec- *dist. 29*
candi sit. Nam habentem adhuc voluntatem *cc*